Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



80

appetitus sicut gula ad concupiscentiam carnis pertinet. Ille empto quae auaritia non cra
ad superbiam uitae respicit, probato quinque iugorum id est corporalium rerum curiositas quae
est uana gloria ad concupiscentiam refertur oculorum. Nam poculos maxime curiositas spiritalis
Christi quidem dominus quasi fortior facie ad faciem temptator; Nos uero cum ipsi per ceptorum baptismatis
gratiam spiritaliter heremum uirtutum adimus cum ieiunium quadragesimale suscipimus, id est abinlecebris
secularibus toto uitae nostrae tempore continere disponimus uel tactus appetimur insidiis uel ali
quando etiam proximiore pulsamur quicumque blandiens dicit, homo fortis es manducca et bibe et si
milis mane; uidendum est ne nobis ser pentis antiqui nescius uenena appetit et dicendum quoniam non in pa
ne solo uiuit homo sed in omni uerbo dei. Verum multi concupiscentia carnis deuicta mox auaritia pulsantur aliquoties etiam superentur adeo ut per oblatis muneribus diabulum adorare non
metuant, quorum ubi plurimi continentiam laudant maiores etiam personae honorent dona
tribuunt sic ut uoluptatum victores filargiria uincantur et crescente per tempus insania diuites
quoque quos papa facinoris demone plenos agnoscunt, non modo execrentur et arguant sed et flexo ceruice adorent et suscipiant. Unde dicit apostolus, Auaritia simulacrorum est seruitus. qui et sibi hanc saluatoris exemplo triumphari nit. Domino uidelicet dominus suum adorando et pacem nisi gaudius illi soli seruiendo. Adhuc et ista uanae gloriae pestis quae uitiorum praeceden
tum victores desuis uiribus excollat ut quasi uirtutum culmine positos ulterius se iam cadere
non posse se presumant. et hoc plane curiosis oculis dominum temptare est desuis quem piam meritis glo
riari. Contra hoc quidem ipse fidem discipulis augens ait, Cum fecerit omnia quae per ceptaeta
sunt uobis dicite serui inutiles sumus quae debuimus facere fecimus. Quicumque ubi per ceperit ne
iustitiam nostrum coram hominibus faciamus. Ne eiusdem definitione ieunium eleemosinam atque orat
ionem subiunxit. triplici scilicet hostis telo totidem arma defensionis obponens ut ieunio
concupiscentiam carnis eleemosinis auaritiam pecuniae iactantiam pellatur meritorum. Haec de prin
cipiis euangelicae dispensationis uno libello dixisse sufficiat. Verum quae sequuntur gesta
uel dicta saluatoris non solum nostrae quietis sed et legentium commodo consulentes ab alio magis
intueamur exordio. nescio quomodo enim ut augustinus ait. tota liberi termino reficitur lecto
ris intentio sicut labor uiatoris hospitio.

EXPLIT LIBER PRIMVS